(9) Nulla prorsus hic est battologia, aut incondita (ut scribit Censor) & indigesta farrago. Diversimode enim juxta diversitatem respectuum potest idem Christus spectari, nempe vel ut filius, vel ut unigenitus, vel ut æternus, consubstantialis, mortuus, vel ut suscitatus, quæ omnia erudite simul, ac veraciter Auctor distinguit, & sub singulis quibusque, quæ Christo conveniunt, elegantè exponit. Alia quippe dicuntur de Christo, qua filio; alia, qua unigenito, alia, qua coeterno &c. nec ea quæ competunt Christo sub uno, competunt item sub alio respectu, ut discurrenti patebit.

(10) Fiat lux. Quid sibi velit Barbarus ille, non satis intelligo. Si enim de singulari humana natura, Dei verbo hypostatice unita loquatur, quam in eo primum mortuam dicit; falsum est Christi gratiam in ea fundatam non esse, seu illius meritis non inniti. Si vero de humana natura genera-

(10) *Fiat lux: non satis intelligo?* Profecto huc faciunt verba illa S. Augustini lib. 2. contra Julianum cap. 141. *Non laboras, ut eum intelligas, quod facillime potes, sed laboras, ut eum resillas quod non potes.* Enimvero vulgarissima non minus ac communissima (si paucos excipias) est Theologorum

probat; tum certe Lutheranos imitatur egregie, qui hæc ipsa ad ræm nobis occurrant; sed erronee profus, & contra mentem Apostoli intelligunt: Is enim *fidem per caritatem operantem intelligit vivere proprieque justificationem peccatoris ad Galat. 5. v. 6.* Cum contra Lutherani, & pseudo-Symboli Fabricator de caritate nihil dicant. De qua minus quam ipsimet Lutherani silere debuit Fabricator, cum Fidei professionem hic faciat, quam oportuit explicatissimam fieri.

(9) Non lusus est atque derisus ab erudito Censore pseudo-Symboli Fabricator, quod Dei Filium dixerit, professusque fuerit æterno Patri *coequalem, consubstantialem, incarnatum, mortuum, suscitatum*; absit ludo blasphemia; sed quod in Filii *coeternitate, consubstantialitate, incarnatione, morte, resurrectione* fidelibus explicanda, voces maximam partem dederit sensuum inopes, verborum ampullatorum stribliginem, sententiarum farraginem indigestam, & inexplicabilem; adeo ut quisquis pseudo-Symboli partem legit, illud Jobi 38. exclamarit: *Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis?*

(10) Quam fieri lucem petebat Censor, ea non modo facta non est, sed denotiores a pseudo-Symboli Defensore offusæ sunt tenebræ. Quantum tamen per inexplicabiles ambages capere potui, id sibi vult unum; humanæ naturæ nomine, in qua Christi gratiam fundatam non esse, dixerat pseudo-Sym-

genitum, coeternum, consubstantialem, mortuum, & a mortuis redivivum: qui cum sit Filius, pignus est naturale paternæ fecunditatis, & bonitatis, Imago fiducia fratrum multorum. (7) Cum sit Unigenitus, est pignus unicum; in quo fiduciam nostram ponamus, (8) ex Patre nasci possumus: quare nemo unquam ad Patrem ascendit, nisi per Filium. Cum sit æternus (9) est pignus primogenitum ante quocumque alios fratres. Quare in ipso est prima meritum promissio: cumque ipse æternum deficere non possit, ideo spes non confundit. Cum sit consubstantialis, eadem cum Patre in servandis promissis Omnipotentia pollet, unde, si vult, potest salvare. Cum sit Christus, seu vir unigenitus, promissam humanam naturam servavit, eam spiritu suo ungens, duasque naturas in unitate Personæ conjungens. Cum sit Jesus, seu Medicus, vim non infert naturæ debili, & infirmæ, ut, quo non vult, pergere debeat; sed voluntati medetur, ut bonum amplectatur. Cum mortuus sit, gratiam suam non fundat in humana natura (10) primum in eo mortua. Cum resurrexerit, eam fundat in benignissima Patris potestate, qui eum Filium suum declaravit, a mortuis excitans virtute Spiritus sui, quo erat plenus.

Credo in Dio Spirito. Santo del Padre e del Figliuolo, Paraclito, ovvero Consolatore, che ha parlato per li Profeti; il quale essendo Spirito, ha vita; essendo Santo, dà una vita che santifica e giustifica, ond' è chiamato dalla Chiesa, Remissione del peccati. Essendo Dio, dà una vita, che non venendo dall' uomo, dunque nasce Dio per la Fede; (11) onde il giusto vive, e si giustifica per la Fede. Essendo del Padre e del Figliuolo, ci unisce alla partecipazione del Fi-

tim & universim loquatur, in ea quidem Christi gratia fundata non est, At nec ipsa primum in Christo Domino mortua est.

sententia, Christum meruisse quidem toto vitæ suæ tempore a primo suæ conceptionis instanti usque ad istans mortis exclusive, non tamen ipso mortis instanti, nec toto illius triduo &c. Hac præhabita, uti ahebam, communissima doctrina, do libentissime (& ita sanè est) Auctorem hic loqui de singulari humana natura Dei Verbo hypostatice unita: Quid igitur? Ergo falsum est, in ea Christi gratiam fundatam non esse, seu illius meritis non inniti? Si enim, ut prædictum est, Christus qua mortuus, seu tempore mortis non meruit, nec mereri potuit defectu status viæ, necesse omnino est illius gratiam non fundari in humana natura, primum in ea mortua &c. Quapropter merito eam fundari subdit Auctor in Christo, ut suscitato; prout illis verbis innuit: *Essendo risorto la fonda &c.* quasi dicat, Christi gratiam, seu nostram justificationem ejusdem resurrectioni potius, quam morti ultimate esse tribuendam. Et hoc est, quod passim docet Apostolus maxime 1. ad Corinth. 15. 13. *Si Christus non resurrexit, vana est fides nostra; adhuc enim estis in peccatis vestris.* Et ad Rom. 4. 25. *Christus resurrexit, ut justificet nos.* Christus enim, inquit Cornel. a Lap. hic, officium suum & meritum passionis in resurrectione, quasi in termino absolvit; hæc namque fuit terminus, & complementum passionis, meritum, & totius æconomiae Christi &c.

(11) Justificari hominem per fidem solam, error est Lutheranus, priori, jam notato, finitimus.

(11) Ubinam docuit Auctor, hominem justificari per solam fidem? At quidem: *dunque nasce da Dio per la Fede,* non tamen dicit: *per la*

391
Symboli Fabricator, naturam generatam, & universim acceptam intellexisse, seu totum genus humanum, quod in Christo Domino *spiritualiter mortuum est*; ut vel sic obscura, & involuta sententia excusetur, *Cristo essendo morto, non fonda la sua grazia sopra la natura umana prima morta in lui.* Verum non advertit Defensor imprudens, ea data explicatione non excusari sententiam, sed magis magisque falsi convinci. Humana quippe natura non alio sensu in Christo spiritualiter mortua dicitur, quam quia per Christi gratiam peccatis *morimur, atque delictis carnis nostræ*, ut ait Apostolus, *Christoque, per Baptismatis gratiam commorimur, eique conspelimur.* Quidni itaque merito eam fundari spirituali humanæ naturæ intelligitur propositio, uti nunc Defensor obtendit, quidni inquam Christus Dominus in humana natura mortua spiritualiter, ac etiam in ipso conspulta, maximam suæ gratiæ gloriam, & laudem ponat?

(11) Verba in Fidei maxime professionibus posita, quibus scilicet fides declaratur, & explicatur, eo semper sensu a Censoribus excipi

causae ed i Pegni (13) di questa fiducia. Aven- do parlato per i Profe- ti, dà a vedere loro le cose occulte, e rivela l'invisibile Dio a quelli che hanno la sua viva Fede.

Versio Latina.

Credo in Deum Spi- ritum Sanctum Patris, & Filii, Paraclitum, seu Consolatorem, qui locutus est per Prophe- tas; qui cum sit Spi- ritus, vitam habet; cum sit sanctus, vitam dat sanctificantem, & iusti- ficantem; quapropter ab Ecclesia, peccatorum rem- issio, vocatur. Cum sit Deus, vitam dat, qua, cum non sit ab ho- mine, necessarium est, ut sit a Deo per Fidem: (11) quapropter iustus ex Fide vivit, & per fi- dem iustificatur. Cum sit Patris, & Filii, per Patris Omnipotentiam participes Filii nos efficit; quare, qui Pa- trem non habet, neque Filium, nec mortis ejus effectum habebit. Cum sit Consolator, de effi- caci Dei Patris amore securos nos reddit; no- bisque persuadet, Chri- stum pro nobis esse mor- tuum; (12) quo circa ipse cooperatur fuit in Redemptione, & inten- tione Sacramentorum, quae hujusce Fidei causae sunt, & pignora. (13) Cum locutus sit per Pro- phetas, occulta rerum arcana eis detegit, De- umque invisibilem iis, qui viva Fide in eum credunt, revelat.

(13) Sint, si ita lu- bet, Sacramenta nostrae in Deum fiduciae causa (quamquam & hoc saipat Calvinismum); repugnat tamen illa ipsa Sacramenta nostrae hujus fiduciae esse pignora; cum potius divini in nos amoris, promissaeque felicitatis atque salutis pi- gnora sint, a Christo Domino nobis data.

(13) Omnino falsum est, hoc sapere Calvi- nismum. Etenim Sacramenta (ut dogmatizat Conc. Trident. Sess. 14. de poenitentia cap. 3.) ultra gratiam sanctificantem, seu recon- ciliationem cum Deo, magnam etiam conscien- tia pacem, ac serenita- tem cum vehementi Spi- ritus consolatione, adeo- que propriae iustitiae firma fiducia in viris piis, & cum devotio- ne ea percipientibus, interdum efficiunt. Ita laudatum Concil. Ex quo apparet, sacramen- ta citra omnem erroris suspitionem dici posse nostrae hujus fiduciae causam, imo etiam pi- gnora; Siquidem licet Sacramenta a Christo Domino instituta fue- rint, ut divini in nos amoris, futuraeque felicitatis pignora; nihilominus, ut nostrae pari- ter in eum fiduciae pi- gnora data fuerint. Sunt enim id, quo fidam, ac firmam de efficaci Dei Patris amore, ac dilectione fidentiam ha- bemus. Exemplo my- sterium alexabit: Quod enim Alexander Mag- nus Lyimaco sauciato vulnus (ut fertur) pro- priis manibus alligavit, hoc utique & summam in eum benevolentiae, & certam de illa fiduciae, quod scilicet a Re- ge diligatur, pignus erat; Ita hic non dis- pari, imo priori quod- dam jure dicendum ve- nit. &c. Claudio cum Regio Pfalte: *Insur- rexerunt in me testes ini- qui, & mentis est ini- quitas sibi.*

dem Lutheranorum er- rorem impingit; lauda- tisque Sacrarum Scrip- turarum oraculis turpius abutitur, ut iustitiae se- curitatem, & certitu- dinem in iustis fidelibus probet.

(13) Causam tandem suam deferit Patronus incautus, & extra va- gatur. Quod enim ul- timo tandem loco in pseudo-Symbolo censura Petiti fuerat, istud est, quod Sacramenta nostrae in Deum fiduciae pignora dicantur: *Li Sacramen- ti pegni di questa nostra fiducia*; Cum potius di- vini in nos amoris (ut Censur observaverat) promissaeque felicitatis, ac salutis pignora sint a Christo Domino nobis data. Ad quem tamen excusandum errorem, nec verbum quidem ha- bet fervidus Actor. Stri- lum duntaxat exercet suum, ut Sacramenta nostrae in Deum fidei, atque fiduciae causae esse probet; quod tamen non est ab erudito Cen- sore negatum, aut sug- gillatum. Nec advertit Patronus incautus non ideo a Censore fuisse obiter, ac per parenthe- sim observatum eam pseudo-Symboli phrasim: *Li Sacramenti sono la causa della nostra fidu- cia*, sapere Calvinis- mum, quod nolit ipse fidem fiduciamque ceterasque virtutes Sacra- mentorum efficacia da- ri, vel perfici: sed tam- quam sapiens Calvinis- mum fuisse notatum, quia Sacramenta fidem duntaxat seu fiduciam in suscipientibus excita- re Calvinista commu- niter docent, non gra- tiam sanctificantem con- ferre. Unde est ille Con- cil. Trident. Canon 5. Sess. 6. de Sacramentis in genere contra Cal- vinum: *Si quis dixe- rit, Sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse, anathe- ma sit.*

Vernacula lingua editum: hoc est:

Novi hujusce Systematis.

Nuovo Sistema della Predestinazione, e della Grazia.

DIO ha predestinato quelli, che ha volu- to, (1) ed a questi somministra una grazia

(1) **P**erperam omnino, nec sine spisso errore no- tatur hic gratia efficax, tamquam proprius Praedestinatorum character: quasi vero hac solis Praedestinati detur a Deo, ac non etiam saepe reprobis conferatur. Ecquod enim Reprobi sunt, qui ad certum tempus, aut certe per intervalla iusti- tiam colunt (quos *justos temporales* vocat Augu- stinus). Hi porro eo saltem iustitiae transitoriae tem- pore, gratis efficacibus bene multis donantur a Deo.

efficace, (2) la quale è la vera grazia di Gesù

(2) Erroneum est, gratiam efficacem ita esse veram Christi gratiam, ut praeter ipsam alia Chri- sti gratia non sit; aut gratiam efficacem ita esse veram Christi gratiam, ut omnis gratia Christi sit efficax. Certe illustrationes intellectus, excita- tiones voluntatis, quibus quandoque peccatores etiam insignes donantur a Deo (etsi inefficaces sint, & effectu vacuae) veras tamen esse Christi gratias, illiusque meritis partas, solus Janenianus, & Calvinianus negaverit.

Christo (3). *Questa è dottrina di S. Agostino, ed è verissima*: la quale siccome non intieramen- te bene usata appare agl' uomini terribile, così rettamente, e per lo buon verso considerata di- viene in sostanza molto consolatoria.

(3) Imo patet ex antedictis, non esse eam Au- gustini doctrinam; nisi forte Augustini Iprensis, non Hipponensis.

Versio Latina.

Deus praedestinavit eos, quos voluit, (1) his- que gratiam confert efficacem, (2) quae est vera gratia Christi Jesu. (3) Haec est doctrina S. Au- gustini, eaque est verissima. Quae quidem doctrina, si praepostere intelligatur, hominibus videtur ter- ribilis; si vero recto in sensu consideretur, reap- se valde consolatoria est.

Dura cosa, e veramente spaventevol sembra a chiunque pensa (4), che la sola grazia efficace vaglia alla salute, e che nessuno sia sicuro di ot- tenerla, come quella, che puramente dipende dal libero beneplacito di Dio, che la dispensa a chi più gli piace. Ma ella è cosa espedita risfetter- vi in un altro modo, per cui si ritroverà un forte motivo di consolazione. Imperciocchè vero è, che Dio ha molti predestinato, e molti no; ma qual timore, o spavento deve cagionar que- sto in me? Forse quello di dubitare, se io sia per avventura fra quelli ch'egli ha predestinati? No certamente; poichè lo stesso Dio mi ha pro- messo, che se io considerò totalmente nella mi- sericordia sua, egli mi darà tutto quello, che io gli domanderò. (5) *Adunque siccome ciascheduno può conoscere, e distinguere i propri interni senti- menti, così potrà anch'io discernere, se abbia, o non abbia, questa interna fiducia; e se io sen- to d'averla, saprò in conseguenza di poter*

(4) Quod hic asserit Auctor, solam efficacem gratiam ad salutem valere; si id duntaxat sona- ret, nempe eam solam hominem ad salutem re ipsa, ultimoque perducere, verissimum esset: at si id sonet (quod Auctor iste plus satis innuit) eam solam ad salutem prodesse, falsissimum est. Quaecumque enim gratia, etiam inefficax, & mere sufficientes communiter dictae, suo quoque modo profunt ad salutem, tamquam salutare dis- positiones, mediaeque ad salutem consequendam re- motiora.

(5) Error est patentissimus, posse unum- quemque cognoscere, atque distinguere pro- prios, atque internos animi sensus, quales nem- pe illi sunt; num scilicet mere sint naturales, an etiam supernaturales; quales profecto debent esse, ut iustificationis gratia conferatur. Eccl. 9. *Nescit homo, utrum odio, an amore dignus sit*; & ut ait D. Gregorius; *Saepe sibi de se mens ipsa mentitur, & putat se de bono amare, quod non amat, & de mundi gloria non amare, quod amat.* Quapropter error perinde est sibi fingere; posse quempiam certo cognoscere, atque discernere, num talem re ipsa fiduciam habeat, quae ad gratiam ef- ficacem obtinendam est necessaria; Supernatura- lem,

ottenere la grazia efficace allorchè dimanderolla. (6) E questo è manifestissimo per molti testimonj delle Scritture Sante, e massime pel patto d' Abramo, a cui, siccome avendogli Dio promesso un figliuolo, offervò la promessa, così avendogli Dio anche promesso la liberazione dal peccato, e la salute di tutto il suo seme, è necessario in virtù della veracità sua, e della sua immancabile fedeltà, che egli offervi questa promessa anche ne' discendenti di esso Abramo, ne' quali sono compreso anch' io. (7) Ma come che Abramo in tanto ottenne l'effetto della promessa, in quanto confidò; così è forza, che ancor io, che sono suo discendente, per ottenerla, confidi.

Versio Latina,

Durum profecto videtur, & terribile cuique consideranti (4) *Solam efficacem gratiam ad salutem valere, neminemque certum esse, se eam obtenturum, utpote dependentem a libera voluntate Dei eam pro suo arbitrio largientis.* Satius tamen erit, alium, considerandi modum adinventum, unde solidum consolationis fundamentum oritur. Verum enim est, Deum multos prædestinasse, multos non prædestinasse. Sed iccirco quare mihi metuendum est, quare trepidandum? Dubitandum ne erit, num sim de numero prædestinatorum? nequaquam; Deus enim ipse mihi spondit, se mihi, quicquid petiero, concessurum, dummodo omnem fiduciam meam in ejus misericordia reponam. (5) *Itaque quemadmodum quisque infernos sui animi sensus agnoscere potest, & discernere, ita ego quoque discernere poterò, an mihi insit, vel desit interna hæc fiducia.* Si eam mihi inesse sensero, certus ero, me gratiam efficacem, cum eam petiero, posse obtinere. Patet id ex multis Sacre Scripturæ testimoniis, singillatim ex pacto a Deo inito cum Abrahamo, cui quemadmodum Deus promissum servavit, postquam filium ei promissit, ita cum ei liberationem a peccato, æternamque ejus seminis salutem promiserit, ita necessum est, ut pro sua veracitate, & indefectibili fidelitate promissum suum servet cum omnibus, qui Abrahami per fidem filii sunt, quos inter ego quoque annumeror. (7) At quemadmodum Abraham Divinæ promissionis effectum fiduciæ suæ merito obtinuit; ita ego quoque, qui ab Abrahamo per fidem sum, si pari cum fiducia petiero, necessario efficacis gratiæ donum obtinebo.

Per la dichiarazione poi maggiore di queste cose convien considerare, che (8) altro è l'uomo cattivo, altro è l'uomo misero. Il misero è quello, che pecca appunto per miseria, e per fragilità, e confida, che la misericordia di Dio lo liberi dal peccato. Il cattivo poi è quello, che pecca per malizia, e non solo non confida punto in Dio di liberarsene, ma nè men se ne cura; e perchè non si cura di liberarsi dal peccato, ma piuttosto vi ci dimora con elezione, però non dimanda grazia alcuna a questo effetto, (9) e non dimandandola, non può ottenerla; adunque il beneficio della redenzione per costui non vale; impetio-

chè (10) Gesù Cristo con la morte sua ha soddis-

lem, inquam, fiduciam; quæ naturalis non est animæ sensus (de quo forte posset homo certus esse) sed supernaturalis, & Spiritus Sancti assistu concessus.

(6) Imo patet ex allatis Testimoniis, quibus sexcenta jungi possent, id esse falsissimum.

(7) Frustra confugit Auctor ad Dei pactum cum Abrahamo initum, ut Dei fidelitatem in servandis promissis offendat. Equis dubitet? Damus itaque, Deum gratiam efficacem petenti homini collaturum, si eam pari cum Abrahamo fiducia a Deo petierit; at negamus, certum esse hominem, ea se fiducia petere, qua petierat Abrahamus, supernaturali nempe fiducia, & a Spiritu Sancto inspirata, de qua ad Roman. 8. dicitur: *Quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis genitibus inenarrabilibus; idest, facit nos postulare; ut Patres interpretantur.*

(8) Lepida distinctio! Quasi vero homo nequam non sit itidem miser. Valeat tamen, quia nihil refert ad institutum.

(9) Absolute falsum est, Peccatorem gratiam non petentem, eandem obtinere non posse. Datur enim gratia quandoque homini non petenti, juxta illud Rom. 10. *Inventus sum a non querentibus me: palam apparui bis qui me non interrogabant.* Paulus certe gratiam non petebat, imo potius persequebatur, dum eam efficacissimam, potentissimamque ad sui conversionem accept; eique profecto beneficium redemptionis maxime valuit.

(10) Satisfecit equidem Christus morte sua pro mem-

fatto alla pena di quelli, che a lui sono uniti, e

fatti con lui membra d' un medesimo corpo; (11) Ma questa unione con Cristo si fa solamente con la fiducia, e con la fede piacciamo a lui: però avviene, che il cattivo non avendo fiducia, non può esser membro del corpo di Cristo, nè per confe-

guenza partecipare (12) nè della grazia che alle membra infuisce, nè del beneficio della redenzione. (13) Ma io dall' altra parte, che conosco, e sento internamente di confidar in lui, vengo anche a conoscere d' esser membro suo, e di partecipare sì del beneficio della redenzione, che dell' infuflò della sua grazia. Io confesso poi molto bene, che del confidar mio in Cristo è egli medesimo, e la sua grazia cagione: ma perchè poi egli abbia dato solamente al cattivo la grazia, che chiamano versatile, la quale si rende inutile, e non gli abbia dato la efficace, per la quale potrebbe confidare, e farsi membro del suo corpo; Quanto al primo dico, che la grazia versatile è quella che Dio diede ad Adamo, come Creatore alla creatura sua, e come che Dio non resta anche al presente d' aver cogli' uomini quella relazione, che ha il Creatore con la creatura, così non cessa di dare agli' uomini quella medesima grazia; la quale poi avvenachè fosse ata, ed instituita per la natura posta in stato d' integrità, (14) però non resta più ata a recarle giovamento ora, ch' è decaduta in stato di corruzione. Quanto al secondo poi, egli è un misero grande, che non capisco, nè posso altro dire, se non che Dio non dà la grazia efficace a

quel tale, perchè non vuole; (15) ma frattanto io so, che a me l'ha data, e la dà, perchè sento di confidare, e d' esser a lui unito.

Versio Latina,

Porro, ut clarius hæc omnia intelligantur, advertendum est, (8) aliud esse hominem nequam, aliud hominem miserum. Miser est, qui ex miseria, seu fragilitate delinquit; sperat tamen, se per Dei misericordiam a peccato liberandum. Nequam est, qui ex malitia peccat, & non solum liberationem non sperat, sed & liberari negligit; & quia liberari negligit; imo peccato suo libenter inhaeret, ideo gratiam, qua liberetur, non petit (9), eamque non petens, obtinere non potest; nihil itaque hujusmodi homini Redemptionis beneficium prodelt; Christus enim (10) passione, & morte sua pro illis satisfecit, qui ei unitantur, suntque cum eo ejusdem corporis membra; (11) Porro unio hæc cum Christo per solam habetur fiduciam, & sola fide ei placemus. Ex quo fit, ut homo nequam fiducia carens, Corporis Christi membrum esse non possit, nec (12) gratiam obtinere, quam membris suis communicat, neque Redemptionis beneficium. (13) Ast ego, qui agnosco, & sentio me in Jesum Christum confidere, eodem tempore agnosco, me ejus esse membrum, mihi que tum redemptionis beneficium, tum gratiæ auxilium non deesse. Fateor quidem meam in Christum fiduciam ab ipsomet Christo, & ab ejus gratia produci. Verum quare homini nequam eam tantum gratiam contulerit, quæ dicitur versatile, quæque inutilis evadit, gratiamque negarit efficacem, qua confidere posset, ejusque corporis membrum fieri; respondeo ad primum, gratiam versatilem eam esse, quam Deus Adamo, tamquam Creator suæ creaturæ, concessit; cumque adhuc in Deo superfit relatio

membris suis; sed numquid etiam pro cæteris non satisfecit, qui pro omnibus mortuus est, ac pro omnibus pretium solvit?

(11) Sola fide, atque fiducia uniri animam Christo, eaque sola fieri hominem, vivum Christi Domini membrum, hoc est justum, error est in Luthero a Concilio Tridentino damnatus sub anathemate Sess. 6. de Justitia, can. 12. *Si quis dixerit, fidem justificantem nihil aliud esse, quam fiduciam divinæ misericordiæ, vel eam fiduciam solam esse, qua justificamur, anathema sit.*

(12) Inepte profus gratia Christi, & quidem efficacis a beneficio ipsius redemptionis distinguitur.

(13) Stulta, ac vana præsumptio, jam satis in aperto posita.

(14) Gratiam sufficientem, homini lapsò modo concessam, nulli jam adjumento esse, falsissimum est: adjutorium enim est, sine quo non fit opus, etsi non quo reipsa fit. Juvat igitur suo modo, excitatque identidem hominem, etsi non plene convertat.

(15) Scultissima, superbissimaque præsumptio hæcufque detesta, purus, putisque fanatismo, errorque damnatus in Concilio Tridentino Sess. 6. Canonibus 13., 14., & 15. contra certitudinem prædestinationis, atque justitiæ, de qua sibi Lutherani, & Calviniani stulte blandiuntur, & ejusdem Sess. cap. 12.; ubi discrete statuitur, neminem, quandiu in hac mortalitate vivitur, de arcano divinæ Prædestinationis mysterio usque adeo presumere debere, ut certo statuat se omnino esse in numero prædestinatorum.

Tandem. Ex tota inepta, & insulsa ratiocinatione, qua probare contendit Auctor, posse unumquemque scire, sit ne de numero Prædestinatorum, quia nimirum scire certo potest, an veram in Deo fiduciam habeat, gratiamque efficacem obtinuerit, sitque per caritatem unitus Deo; aperte convincitur Auctor in altero Lutherianorum errore versari, de inamissibilitate Justitiæ sanctificantis. Hunc siquidem errorem tota ista ratiocinatio supponit. Quantumcumque enim certus fuerit homo, Justitiæ sese ac Sanctitatem adeptum esse; non illico colliget fore se certissime saluum, atque ita ad Prædestinatorum numerum pertinere, nisi perinde sit certus numquam se susceptam Justitiæ & Sanctitatem amissurum; quam si finaliter amitteret, salvus profecto non esset, & ad prædestinatorum ordinem minime pertineret.

illa,